2^o Educationis praeva mala, VI, 143, 1. *Probitum est: Adolescens iuxta viam suam etiam cum semerit, non recedit ab ea.* Educationis liberorum neglectus quam sit noxius, Job, 18, 2; 19, 1: *Cumque in orbem transissent dies convecti, militabat ad eos Job, et sanctificabat illos, consurgensque diceudo, offerrebat holocausta pro singulis.* Dicebat enim: *Ne forte peccaverint filii mei, et benedixerint Deo in cordibus suis.* Mala educatio viros affeminat, Job, 423, 2: *Ovis ejus implebitur vitibus adolescentiae ejus, et cum eo in pulvere dormient.* Educatio delicata multa parit mala, VI, 409, 1: *Qui delicatus a pueritia nutrit servum suum, postea sentit eum contumacem.* Educatio mollis vires mentis et corporis enervat, IX, 243, 2: *Filii tibi sunt? erudi illos et curva illos a pueritia illorum;* V, 274, 1: *Filius sapiens latificat patrem; filius vero stultus masculitas est matris suae.* Educatio mollis facit contumaces, IV, 552, 1; X, 92, 2: *Equus indomitus evadit durus, et filius remissus evadit praecipos.* Educatio servilis facit serviles, VI, 23, 4 (Vide Adolescentes, Filios, INSTITUTIO, MATER, PATER, PUER).

EFFEMINATUS. Effeminati quoniam et quales es-

cent. XIII, 345, 2: *Ipsi cum meretricibus conversabantur, et cum effeminatis sacrificabant.* Cur ita dicerentur, *ibid.* Erant Priapo consecrati, *ibid.* Effeminati, id est scorta mascula in Iudaea sub Robomo, III, 630, 2: *Sed et effeminati fuerunt in terra.* Effeminatus vir magnus est probrum, IX, 689, 2: *Mulier, si habeat primatum, contraria est viro suo.* Effeminatus vir turpe est monstrum, XX, 311, 2: *Mulieres subdite sint viris suis.* Effeminato Salomone, Idumeam suam recuperat Adad rex, III, 614, 1, 2.

EFFICAX (gratia). Efficax gratia summum Dei donum est, X, 173, 2: *In multitudine disciplinae Dominus separavit eos et immulavit vias eorum, ex ipsis benedixit, et exaltavit; et ex ipsis sanctificavit, et ad se applicavit.* Ejus elogia, *ibid.* (Vide GRATIA).

EFFUNDERE, EFFUSIO. Effundere cor suum coram Deo quinquaginta significat, XII, 379, 2: *Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini.* Effundi turpido quomodo dicitur, 616, 1, 2: *Effusum est os tuum, et revelata est ignominia tua in fornicationibus tuis.* Effusione sanguinis omnis in proximum injuria denotatur, XI, 661, 1: *Civitas effundens sanguinem in medio sui.*

Effusio sanguinis Christi est pretium pro peccatis totius mundi, XX, 526, 2: *Et sanguis Jesu Christi fluit ejus emundat nos ab omni peccato.* Effusio donorum Spiritus sancti vocatur in Scriptura baptismus, III, 506, 1: *Et erit post hoc: effundam Spiritum meum super omnem carnem.* Quanta ejus donorum copia sit, *ibid.* Effusio Spiritus sancti quam necessaria mundo fuerit, *ibid.* (Vide JESUS CHRISTUS, SPIRITUS SANCTUS).

EGESTAS. Egestas cur proprie a prophetis vocetur maledictio, XIV, 440, 2: *Mittam in vos egestatem.* Egestas accedit Deo maledicente, V, 301, 2: *Benedictio Domini divites facit, nec sociabitur eis afflictio.* Egestatem corporalem et spirituales pariunt epulae, VI, 114, 2: *Qui diligit epulas, in egestate erit; qui amat vinum et pinguis, non ditabitur.* Animo patienti egestas quietem, imo copiam parit, XVIII, 440, 2: *In omnibus tribulationem patienter, sed non angustiamur; aporiamur, sed non desistimus.* (Vide PAUPER, PAUPERITAS).

EGLON. Eglon roboratur a Deo ad bellum Israhel inferendum, III, 126, 1, 2.

EGREDI, EGRESSUS. Inter egredi sermonem et egredi hominem, quae sit differentia, XIV, 147, 2. Egressus solis est ejusdem ortus, X, 387, 1 et seq. Egressus civitatis Jerusalem qui vocentur, XII, 862, 2. Quomodo celo Deus dicitur egredi ad aliquid operandum, XIV, 65, 2. Egressus Christi triplex est, aeternus, temporalis, et partim temporalis, partim aeternus, 116, 1. Egressio triplex Abraham exponitur, I, 183, 1.

ELATIO. Elatio animi nostri ex bono opere solet a Deo deprimi, VI, 95, 2: *Omnis via viri recta tibi videtur; apponit autem corda Domini.* (Vide PRESUMPTIO, SUPERBIA).

ELEAZAR filius Aaronis. Eleazar pontifex dignior Josue, III, 75, 2: 76, 1. De eo nihil eximium narrat Scriptura, X, 464, 1.

ELEAZAR frater Jude Machabei. Eleazar Aharon an vere fuerit frater Jude Machabei, IV, 443, 1. Cur sit vocatus filius Saura, *ibid.*, 2. Quo sine navigavit cum elephante, *ibid.* Directe intendebat mortem regis, indirecte suam, *ibid.* Sub elephante quem prostraverat, occumbit, *ibid.*, 444, 1. Ejus elogium, 443, 2.

ELEAZARUS senex. Eleazarus et septem fratres Machabei, quod carnem porcinam edere noluerant, excruciatu, IV, 415, 2. Magister erat horum septem fratrum, 522, 2. Ejus etymon, *ibid.* Simulare noluisset in sulla carne edenda, XVIII, 179, 1. Ab Antiochio Epiphane in tympano extensus est, XIX, 48, 1, 2. Sic distentus in tympano typus fuit Christi in cruce distanti, IV, 523, 1. Ejus constantia pro obervanda lege Dei, *ibid.* Fortitudo in tolerandis tormentis, *ibid.*, 2. Peccasset mortaliter, si porcinam non carnem comedisset, *ibid.* Senex praclarum juvenuti exemplum dedit observantiae legum patrum, VI, 88, 2. Ejus elogia, IV, 524, 1, 2. Quomodo fuerit primitiae martyrum Veteris Testamenti, *ibid.*

ELEAZARUS filius Onie. Misit septuaginta interpretes ad Ptolemaum Philadelphum, IX, 19, 2.

ELEAZARUS filius Simonis. Dux fuit zelatorum, templum inessit in urbis obsidione, XV, 509, 1 et seq.

ELECTA. Electa cui S. Joannes scribit an sit aliqua Ecclesia particularis, XX, 631, 1. Verus est fuisse matronam aliquam, 632, 1. An proprium nomen ejus fuerit Electa, *ibid.* An haberet sororem sibi cognominem, 638, 1, 2. Eius filiae fuero virginis, 633, 1.

ELECTIO, ELECTUS. 1. Quotuplex electio Dei. Electio duplex est: una ad fidem et gratiam, altera ad gloriam; rursus alia absoluta et effica, alia inabsoluta et conditionata, rursus electio dividitur in inchoatam, et completam, XVIII, 24, 1; XX, 420, 1: *Magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis.* Omnes veri Christiani sunt electi complete ad gratiam, inchoate vero ad gloriam, XVIII, 24, 1. Electi sunt duplices, ad gratiam omnes, ad gloriam soli salvandi, XV, 508, 1: *Nisi brevitas fuissent dies illi, non ferret salva omnis caro; sed propter electos breviantur dies illi.* Electio Dei est plane contraria electioni mundi, 293, 1: *Confiteor tibi, Pater... quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis.* Electis quibus S. Petrus scribat, XX, 237, 2: *Petrus Apostolus Jesu Christi, electis advenit dispersionis Ponti, etc.* Electi cur dicantur diaconi et episcopi, 632, 2. Electionis vas quomodo fuerit Paulus, XVII, 216, 1: *Vas electiois est mihi iste ut portet nomen meum coram gentibus.*

2. Quomodo fiat electio Dei. An electio praedest-

atorum facta fuerit ante vel post praevium peccatum originale, IX, 247, 1, 2. An electio ad gloriam sit ex praevisis cujusque meritis, XX, 421, 2. Electio effica hominum ad gloriam, an facta sit a libera et mera Dei voluntate ante opera praevisa, XVII, 284, 1 et seq.: *Et crederentur quotquot erant praedestinati ad vitam aeternam.* Electi, non sunt ante praevisa merita ad gloriam praedestinati, XIII, 435, 1. Electio effica cujusque electi ad gloriam non est a Deo facta ante praevisa ejus merita ex mero Dei beneplacito, X, 172, 1. An electi efficiantur ad gloriam dicit possunt vasa misericordiae, XVIII, 172, 1: *Quod si Deus volens ostendere, et nolam facere potentiam, sustinuit in multa patientia vaso irae, apta in interitum, ut ostenderet divitias gloriae suae in vasa misericordiae quae preparavit in gloriam.* Electi quomodo sint a Deo praedestinati et benedicti, 173, 1; 174, 1; 175, 1; 176, 2. Electio Christi facta est ex solo Dei beneplacito, hominum vero ex meritis Christi, 587, 1: *Sicut elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem.* Electio unius praevio esse nequit, nisi sit distinctio in ipsis electis, 161, 1: *Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egerissent, aut mali; ut secundum electionem propositum Dei mererentur.* Electio Isaci et Jacobi non fuit ex meritis praevisis, nec Ismael et Esau repulsa ex demeritis, 169, 1, 2: *Ergo cujus vult miseretur, et quem vult indurat.* Cur Deus hos eligat, hos reprobet, X, 175, 1: *Quasi lutum figuli in manu ipsius plasmarunt illud et disponere; omnes viae ejus secundum dispositionem ejus; sic homo in manu illius qui se fecit, et reddet illi secundum judicium suum.* 176, 1. Electio gratiae opponitur electioni ex operibus legis vel naturae, 188, 1: *Reliquia, secundum electionem gratiae, salva facta sunt.* Circa electionis divinae negotium tria notanda, 250, 2. Electio Dei prima non pendet ab hominis dispositione, 588, 1: *Elegit nos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti.* Electio ad gloriam quomodo sit in nostra potestate, XIX, 293, 1: *Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: cognovit Dominus qui sunt ejus.* Electio certa facienda cuilibet per bona opera, XV, 476, 2: *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.* XX, 420, 1, 2 et seq. Electio oportet ut sint opera nostra, non qualia qualia, IX, 426, 2: *Et omne opus electum justificabitur: et qui operatur illud, honorabitur in illo.* Electi sunt signati in Dei praesentia, 294, 2. Electi etiam inter gentes inventi, Job, 4, 2: *Vir erat in terra sua, et erat vir ille simplex, et rectus ac timens Deum, et recedens a malo.*

3. Electos suos quanti faciat Deus, XI, 476, 2. Quam Deo sunt chari, XIV, 603, 2; 604, 1: *Et erunt mihi, aut Dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculum.* Sunt peculum Christi, *ibid.* Sunt sacrosanctorum et regnum Christi, *ibid.* Electi ovibus comparantur, XV, 534, 2: *Et statuet oves quidem a dextris suis, haedos autem a sinistris.* Electi

Dei sunt oves, Psalm. I, 129, 1: *Dominus regit me, et nihil mihi deerit; in loco pascae, ibi me collocavit.* Eorum cunctis vinculo charitatis in terra, et vinculo praedestinationis in mentis Dei colligatus, est velut fasciculus, XIII, 639, 2: *Qui colligatus in celo ascensionem suam, et fasciculum suum super terram fundavit.* Filius Dei, XVIII, 42, 1. Vocantur benedicti Dei, XV, 535, 1: *Venite, benedicti Patris mei.* Electi reliquiae sunt Christi, Psalm. I, 115, 2: *Quoniam pones eas dorsum, in reliquiis tuis preparabis vultum eorum.* Electorum salus est Christi merces, Psalm. II, 361, 2: *Cum dederit dilectis suis somnum, ecce haereditas Domini, filii merces fructus ventris.* Electis Deus multa bona praestat, Psalm. I, 129, 1. Electi possunt peccare, sed resurgunt, XV, 509, 2: *Dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi.* Fieri non potest ut electi demerant in sensu composito, non diviso, *ibid.* et seq.

4. Quae sint electorum labores, probationes et merces. Hic marcescant, ut in aeternum foveantur, Job, 393, 1: *Nunc autem in memetipso marcescit anima mea, et possidet me dies afflictionis.* Carent hic deliciis, ut habeant eas in celo, XVI, 225, 3: *Fili, recordare quia receperis bona in vita tua, et Lazarus servat illud mala; nunc autem hic consolatur, tu vero cruciatur.* Post patientiam adversitatum, dabitur piis corona gloriae, et beatus aeterna, XV, 514, 2: *Tunc parebit signum Filii hominis in celo.* Eorum spes inconfusibilis, XVIII, 96, 1, 2: *Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus tibi per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius.* Considerant ea in quibus ab aliis superantur, XIX, 21, 1: *In humilitate superiores tibi inveniemus arbitantes.* Electorum propria qualitas et nota, Psalm. II, 406, 2: *Adhaeret lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, si non proposero Jerusalem in principio laetitiae meae.* Electi quomodo in fine mundi per angelos signo crucis signandi, XXI, 165, 1, 2: *Nolite nocere terrae et mari... quoadque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.* An in eorum frontibus vere apparitura sit crux in die judicii, XV, 514, 2: *Tunc parebit signum Filii hominis.* Tunc illi gaudebunt, plangentibus impii, 515, 4: *Tunc plangent omnes tribus terrae.* In die judicii prospicient in tartarum, XIV, 531, 1. Excipient magna laetitia et demissione sententiam Christi judicis, XV, 535, 2. Non flectent tunc misericordia erga reprobos, sed his exprobrant negligentiam, 527, 2: *Respondenter praedentes (virgines): Ne forte non sufficial nobis et vobis, ita potius ad vendentes, et emite vobis (Vide PRAEDESTINATIO).*

5. Electio humana. Electionis in re dubia tres regulae, X, 257, 1. Prima. Quid vir prudens in hoc casu judicaret faciendum? Secunda. Si alicuius meus meo loco et casu constitutus a me constium posceret, quodnam ei darem? Tertia. Quid in aera

mortis, quid in die iudicii, hac in re me fecisse optabo? *ibid.* Electionem matrimonii vel celibatus cuiusque arbitrio plerumque relinquit Deus, XVIII, 302, 2. Electores regem eligant irae potentem, non iracundum, VI, 15, 2. Electores S. Romani imperii in inauguratione imperatoris quae imperii insignia gestarent, XIII, 691, 2.

ELECTRUM. Electrum quid sit, XII, 478, 2. An sit ambra, *ibid.* Est aurichalcom, 479, 1, 2. Est ergo vs, *ibid.* Electri pretiositas, XVIII, 17, 1. Electrum igitur representat maiestatem Dei, cur? XII, 512, 1. Representat humanitatem Christi deitati unitam, *ibid.*, 1, 2. Item sanctos viros, *ibid.*

ELEEMOSYNA. I. QUID SIT ELEEMOSYNA ET QUOMODO VOCETUR IN SCRIPTURIS. — Eleemosyna saepe nomine iustitiae in Scripturis dicitur, V, 21, 1; 316, 2: *Non proderunt divitiae in die ultionis, iustitia autem liberabit a morte*; 329, 1; IX, 422, 1. *Da et accipere, et iustifica animam tuam*; 485, 2: *Eleemosyna viri quasi signaculum cum ipso*; XIII, 599, 2. In Scripturis eleemosynarius peculiariter dicitur justus, V, 280, 2: *Benedictio super caput iusti*. Cur eleemosyna vocetur nomine iustitiae, VI, 111, 1: *Gaudium iusti est facere iudicium*; XVII, 240, 1: *Qui timet eum, et operatur iustitiam, acceptus est illi*; XVIII, 477, 2: *Iustitia ejus manet in saeculum saeculi*. Quare eleemosyna vocetur hebraico pietas, X, 119, 2. Variæ ejus species, IX, 143, 1. Eleemosyna spiritualis quae sit, 373, 1. Melior, potior, et dignior est corporali, VI, 949, 2; X, 75, 1.

II. ELEEMOSYNÆ PRÆCEPTUM. — Propter eleemosynæ præceptum servatum vel neglectum, multi salvandi vel damnandi, XV, 535, 2 et seq.: *Venite... possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi: esurivi enim, et dedistis mihi manducare, etc.* Istud præceptum saepe et multis modis in Evangelio intimatum, XVI, 92, 2: *Qui habet duas tunicas, det non habenti, et qui habet escas, similiter faciat*; 163, 2: *Verumtamen quod superest, date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis*. (Vide infra varia motiva, et textus sacræ Scripturæ qui eandem necessitatem variis modis declarant.)

Eleemosyna est subinde consilii, subinde præcepti, XV, 174, 1, 2: *Qui petit a te, da ei; et volentibus mutuari a te, ne overitars*. Ejus lex obligat in gravi necessitate, XX, 578, 1, 2: *Qui habuerit substantiam hujus mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* Sine ea quidam salvari nequeunt, XIII, 62, 1: *Peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas misericorditis pauperum*. Ab ea nemo se, tametsi pauper, excusari potest, XI, 678, 2: *Frangere esurienti panem tuum, et carnem tuam ne desperes*. Hanc etiam pauperes erogare possunt, et quomodo, XVII, 227, 2. Exemplum Christi incitans nos ad eleemosynam, XVIII, 470, 2: *Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter nos egenus factus est, cum esset dives*. Eleemosynarius obedit Evangelio et consiliis Christi, 480, 2: *Per probationem ministerii hujus glorificantes Deum in obedientia confessionis vestrae, in evangelium Christi*. Eam crebro iuris incolat concionator, XIII, 62, 2.

III. MOTIVA AD ELEEMOSYNAM FACIENDAM. — 1^o Motiva generalia. Ad eam invitatio et motiva, X, 215, 2. Ejus laus et exemplum, et fructus, I, 648, 2. Ejus vis et laus, V, 576, 1; IX, 140, 2; 149, 2. Ejus commendatio, IX, 143, 2. Stimuli ad eleemosynam dandam, 146, 1. Eleemosynæ sex bona pariat, Psalm. II, 265, 2. Eleemosynæ sex fructus, IV, 284, 2. Ejus insignes fructus viginti et unus, II, 492, 2 et seq.

2^o Natura nobis misericordiam erga pauperes generavit. Nihil magis proprium homini quam humanitas, II, 493, 1.

3^o Deo nos eleemosyna quodammodo assimilat. Eleemosyna est Deo familiarissima, VI, 150, 2. Habitu reginæ in somnis apparuit S. Joanni Eleemosynario, IV, 285, 1; V, 150, 2. Est regia virtus, II, 493, 1. Facit hominem similem Deo, *ibid.* Facit nos homines divinos, V, 426, 1. Dantes facit quasi deos, IX, 148, 2; 149, 1: *Esto pupillis misericors ut pater, et eris tu velut filius Altissimi obediens*. Eleemosyna quid sit apud Deum moment et meriti, 449, 2; 486, 1: *Eleemosyna viri quasi signaculum cum ipso, et gratiam hominis quasi pupillam conservabit*.

4^o Eleemosyna honorat Deum. Eleemosynarius honori Dei consulti, V, 81, 1: *Honora Deum de tua substantia*. Est instar sacrificii, II, 493, 1; V, 337, 1: *Antima quæ benedicti impinguabitur; et qui inebriat, ipse quoque inebriabitur*. Est genus sacrificii, Job, 621, 1. *Si desperi perentem, eo quod non habuerit indumentum, et absque operimento pauperem; si non benedixerunt mihi latera ejus*. Eleemosyna sacrificium est, XX, 93, 1: *Religio munda et immaculata apud Deum et Patrem hæc est: Visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum*. Eleemosynæ vocatur initia sanctorum et sacrificium, IX, 254, 1: *Datum brachiorum tuarum, et sacrificium sancti facientis offeres Domino, et initia sanctorum*. Triplex sacrificium in se includit, X, 216, 1, 2: *Beneplacitum est Domino recedere ab iniquitate, et deprecatio pro peccatis, recedere ab injustitia*. Est sacrificium odoratum Deo et sanctis, XVIII, 240, 2: *Proficiscar in Jerusalem ministrare sanctis*. Est victima laudis quadrupliciter, X, 215, 1, 2: *Retribuet gratiam qui offert similitudinem, et qui facit misericordiam, offert sacrificium*. Deo est gratior et homini utilior quam sacrificium, V, 489, 1: *Inditum vix bonæ faciendæ; accepta est autem apud Deum magis quam immolare victimas*; XIII, 369, 2 et seq.: *Misericordiam volui, et non sacrificium*;

XIX, 321, 1, 2: *Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo*. Beneficentia autem et communionis nolite oblivisci, talibus enim hostilis promeretur Deus. Eleemosynarius est sacerdos mysticus, V, 337, 1.

5^o Debitum eleemosynæ solvitur proximo, IV, 305, 2: *Bona est oratio cum jejuniis et eleemosyna, magis quam thesaurus auri recondere*. Debetur pauperi, IX, 142, 1: *Fili, eleemosynam pauperis ne defraudes*; 147, 1: *Declina pauperi sine tristitia aurem tuam*. Ex eleemosyna vita pauperis pendet, 143, 1, 2: *Oculus tuos ne transvertas et pauperem*. Eleemosynam dans dat eam Deo de suo, XIV, 339, 1: *Meum est argentum, et meum est aurum, dicit Dominus exercituum*.

6^o Quidquid datur pauperibus datur, Deo et Christo offertur. Eleemosynam pauperi datam sibi reputat Christus, II, 494, 1. Eleemosynas famulorum suorum ratas habet Christus, XVII, 225, 2 et seq.: *Circumsteterunt illum (Petrum) omnes viduas fletentes, et ostendentes ei tunicas et vestes quas faciebat illis Dorcas*. Cur eleemosyna vocetur actus iustitiae, XVIII, 477, 1.

7^o Eleemosyna viam homini ad Deum sternit, V, 75, 2: *Donum hominis dilatat viam ejus*. Eleemosynarius Deus facile admittit, 280, 2. Deum sibi conciliat, VI, 150, 1. Variæ eleemosynæ victoria, *ibid.* Vincit avaritiam, et peccata aurum, opes, demones, Deum, quid. Exorat Deum pro dante, X, 374, 1, 2 et seq.: *Conclude eleemosynam in corde pauperis, et hæc pro te exorabit ab omni malo*. Dantis causam agit apud Deum, IX, 121, 2: *Eleemosyna in die tribulationis commemorabitur tui*. Pagnat apud Deum pro eleemosynario, II, 494, 2. Est preparatio quedam ad orationem, IX, 514, 2: *Ante orationem præpara animam tuam, et noti esse quasi homo qui lentat Deum*. Affert operam orationi, II, 494, 1. Ejus vis et potentia, X, 74, 2. Ipsa velut pennata et levis, *ibid.* Est instar columbæ redeuntis ad arcem Nób, II, 493, 1.

8^o Eleemosyna peccata delet et expiat. Facit ut Deus eleemosynarius misereatur, VI, 24, 1, 2: *Favenerunt Domino qui misereatur pauperis, et vicissitudinem suam reddet ei*. Impetrat eleemosynario gratiam et peccatorum penitentiam, IX, 485, 1, 2. Provocat Dei misericordiam, V, 425, 2: *Qui... miseretur pauperis, beatus erit*. Liberat a morte et purgat peccata, IV, 284, 2; 285, 1: *Eleemosyna ab omni peccato et a morte liberat*. Liberat a peccato, II, 493, 2. Tollit peccatum, Job, 150, 2: *Visitans speciem tuam, non peccabis*. Est quasi secundus baptismus, IV, 285, 1. Assimilatur aquis baptismi, IX, 139, 1: *Ignem ardentem extinguit aqua, et eleemosyna resistit peccato*; XIII, 62, 1. Quid corrigat et expiet, VII, 269, 1: *Bonum est te sustentare justum, sed et ab illo ne subtrahas manum tuam*. Peccata expiat, V, 473, 1: *Per misericordiam et fidem purgantur peccata*; IX, 138, 1, 2. Quomodo hominem mundet, XX, 114, 2. Omnia mundat et quo sensu, XVI,

164, 2. *Verumtamen quod superest, date eleemosynam: et ecce omnia munda sunt vobis*. Eleemosyna est anima redemptio, V, 382, 1: *Redemptio animæ viri divitiae suæ*. Redimit peccata tripliciter: primo, peccatorem disponit ad gratiam, et ad peccati remissionem; secundo, remissa culpa, meretur ex condigno remissionem poenæ reliquæ; tertio, eliamsi non mereatur semper culpæ et poenæ eternæ, tamen temporalis poenæ remissionem sere mereatur, XIII, 62, 2: *Peccata tua eleemosynis redime, et iniquitates tuas misericorditis pauperum*. Eleemosyna satisfaciendum pro peccatis contra Calvinum, 61, 1. Est magnus fructus penitentiae, et ad omnem virtutem iter sternit, XVI, 92, 2: *Interrogabant eum turbæ: Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti, et qui habet escas, similiter faciat*.

Dantem pauperi lapsu in periculum et peccata eleemosyna præservat, IX, 140, 1: *Deus prospicet est ejus qui reddidit gratiam; meminit ejus in posterum, et in tempore casus hinc invenit firmamentum*. Diligenter et curiose conservat gratiam, 485, 1: *Eleemosyna... gratiam hominis quasi pupillam conservabit*. Est maximus recessus ab injustitia, X, 216, 1: *Beneplacitum est Domino recedere ab iniquitate, et deprecatio pro peccatis*. Recedere ab injustitia, Est funis quo ligatur demum, IV, 299, 1. Avaritiam et rapinam sanat, XVI, 164, 2. Expolit ab amore divitiarum, V, 317, 2: *Iustitia justorum liberabit eos, et in insidiis suis capietur iniqui*.

9^o Eleemosyna est signum prædestinationis. Est propria virtus sanctorum, II, 494, 2. Item confirmatur exemplis, *ibid.* Est quasi torques aurea filiorum Dei, 495, 1. Cur vocatur signaculum Dei, IX, 484, 2 et seq.: *Eleemosyna viri quasi signaculum cum ipso*. Hinc semper ejus recordatur, *ibid.* Eleemosyna quanti sit merit apud Deum, IV, 289, 1. Ejus gratia confertur gratiæ miraculorum, IX, 486, 1. Eleemosynarius charitatem tum Dei, tum proximi habet, X, 67, 1: *Qui facit misericordiam, imitatur proximo suo, et qui prævalent manu, mandata servat*. Donus Christiani est eleemosynæ officina, II, 162, 1. Eleemosyna auget meritum, 493, 2. Quot fructus in misericordie profert, V, 346, 1, 2: *Qui confidit in divitiis, corrumpet, justum autem quasi virens salium germinabit*.

10^o Eleemosyna homini in morte subvenit, IX, 484, 2. Eleemosynarius non moritur impunitus, V, 426, 1: *Qui credit in Domino, misericordiam diligit*. Vix male perit qui eleemosynam est delitius, II, 495, 4. Dat magnum solatium mortuorum, 493, 2. Eleemosynarius est nunc beatus in spe, re futurus, Eleemosynarius in morte est quasi stella matutina, XI, 679, 1: *Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, et sanctas tua citius orietur*. 682, 1, 2.

11^o Eleemosyna a morte æterna liberat, et con-